



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 39. Maduani Ducis Oratio ad comitiorum initium habita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

perorantem excipiebant. Postea co-Sæcul.XVI.  
mitia fuere inchoata, præmisso Ma- A.C.1593.  
duani Ducis sermone, quamvis adeo  
submissa voce peroraret, ut ex congregatis vix tertia pars illum percipere posset: insuper etiam declamando subinde faciei colorem mutabat, imo referunt nonnulli, hunc sermonem a Petro Espinalio Lugdunensi Archiepiscopo fuisse compositum.

### §. XXXIX.

#### *Maduani Ducis Oratio ad comitiorum initium habita.*

Verum utut res se habuerit, id omnino certum constat, quod hic Ora-  
tor in suo sermone præsentes hortatus non raro repetierit monitum, ut congregati nil aliud præoculis habeant, nisi Religionis, Regnique utilitatem: postea vero suum sermonem absolvit hæc addendo: „Ut malis Franciam per tot annos „jamjam afflgentibus remedium oppo- „natur, simulque Religionis conserva- „tioni satis firmiter caveatur, nihil ma- „gis consultum videtur, nisi quod ejus- „modi Rex eligatur, qui primo in Ec- „clesiæ Catholicæ, Apostolicæ, & Ro- „manæ fide constans, firmusque sit, „eamque propriæ suæ vitæ præferat, „nec minus idem etiam viribus adeo „potens sit, ut non modo seditionis, ac „rebel-

Davil. I. c.

Sæcul. XVI  
A.C. 1593

„rebellibus imperia dare, sed etiam  
„tam Regni, quam sacræ Sedis hostes  
„invicta animi fortitudine debellare, ac  
„gloriosas de illis victorias reportare  
„valeat.“ Præscriptis binis hisce do-  
tibus postea Orator Deputatis expone-  
bat, quod nequaquam ad moderanda  
populi tributa, aut ad excogitanda alien-  
num æs, quo Regnum gravatur, sol-  
vendi media, sed ad Regem eligendum,  
Caputque pro toto populo, qui in am-  
plissimo totius Christianæ Reipublicæ  
Regno est, nominandum fuissent con-  
gregati, hinc nullis privati studii ra-  
tionibus sese abripi finerent, sed junctis  
viribus, ac consiliis ea sancte, ac de-  
center decernerent, quæ ad commu-  
nem omnium salutem, & ad præsen-  
tem rerum vicissitudinem magis con-  
grua videbuntur.

§. XL.

*Alia oratio a Pellevo Cardinale Rhemensi Archiepiscopo pronuntiata.*

*Satyr. Me-*  
*nip. t. I.*  
*pag 55.*  
*Maiemb. hist.* qui sua auctoritate Hispanos firmatu-  
*de la Lig.*  
*t. 4. p 463.*  
*Thu. l. 105.*

Absoluto hoc sermone Pelleveus Car-  
dinalis Rhemensis Archiepiscopus,  
qui sua auctoritate Hispanos firmatu-  
rus studiose Roma venerat, orationem  
pariter satis prolixam, actædio plenam  
habuit, in qua existimatum Maduani  
Ducis Zelum, ejusque magnanimitatem  
pluri-